

PETRVS CANDIANVS³⁹
V E L

S A N V T V S

D U X X I X .

Electus Anno 932. obiit Anno 939.

E P I G R A P H E S .

Comaclum expugnavi : Iustinopolim censuariam reddidi .



Petrus Candianus Petri Principis à Dalmatis cæsi filius (nepotibus etiam nomen hæreditarium) puellas cum vidisset, quæ ad Connubia auro, gemmisque divites in Templo convenerant, ab Histris raptas ad libidinem traduci; è vestigio insequutus prædones, qui in Caprulanis paludibus dividebant spolia, inopinantes aggressus, repetita præda ad internecionem confecit. Iustinopolim temeratae Iustitiæ, piratarumque sedem expugnat: Lanterium superbum Marchionem Istriæ domat: Pacem roganti (Marino in-

C 4. terce-